



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Libellvs De Angelo Cvstode R. P. Francisci Albertini Soc.  
Iesv Theologi**

**Albertini, Francesco**

**Coloniae Agrippinae, M.D.C.XIV**

Primo beneficio, liberat hominem à perriculis, quæ saluti officerent.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46785](#)

156 DE ANGELO

imprimis Dei tum Angeli tutoris  
fui effunditur dicens, *Nunc scio verum  
quia misit Deus Angelum suum &  
ripuit me de manu Herodis, qui dæ-  
monem designat, & de omni expe-  
ctatione plebis Iudeorum.*

CAPUT. XVII.

DE BENEFICIIS ANGE-  
lorum, concorrentibus corpus,  
& bona temporalia.

Lodi. de  
Ponre.  
med. 34.  
par. 6.

Aug. de  
Trin.

**N**ON satis est cœlesti Custo-  
di nostro anima illuminare,  
& voluntatem accendere, ut  
hucusque probatum fuit, nec non di-  
uinis charismatibus per intercessio-  
nem suam impetratis ditare: verum  
etiam defendit atque à sexcéritis peri-  
culis védicat corpus nostrum, quia,  
quà ratione Augustinus docet, Cor-  
poralia disponuntur à Deo per Crea-  
turam Angelicam.

PRIMVM BENEFICI-  
cium.

Primum itaque beneficium corpora-

le

statuatur, quod subtrahit hominē à  
mille discriminibus, quæ saluti ip-  
suis officerent. Vnde non absque  
causa Patriarcha Iacob in benedi-  
ctione nepotum suorum filiorum  
Ioseph ita loquitur: *Angelus qui eri-* Gen. 48.  
*puit me de cunctis malis, benedicat pue-*  
*ris istis.* Et Iudith, quando trucidato  
Holoferne victrix in Bethuliam pa-  
triā suam regressa fuit, *Vivit Domi-* Iudit. 13.  
*nus, vociferabatur, quoniam custodi-*  
*uit me Angelus eius, & hinc euntem,*  
*& ibi commorantem, & inde huic*  
*reuententem, ne barbaræ hostiū ma-*  
*nus ancillam suam contaminarent.*  
*Filijs Israël dum per desertum pere-*  
*grinarentur, Angelus Domini de die*  
*vmbrā præstítit, & noctu splendorē.*  
*Atq; hoc beneficium est, quod Pro-*  
*phetico carmine tam præclarè ex-*  
*tollitur; Angelis suis Deus mandauit* Psal. 90.  
*de te, ut custodiant te in omnibus vīs*  
*tuis: In manibus portabunt te ne for-*  
*tē offendas ad lapidem pedem tuum,*  
*quæ verba singulatim & exactissimè*  
*perpenduntur à D. Bernardo*  
*codem loco.*

G 7

A 3